

hærendo propterea. Quibus addo Von Hagens, de usur. cap. 5, sub n. 293, versic. vel ferid offerantur. Post. resol. 73, n. 50. Baëz. in tract. de decimis tutor. cap. 2, n. 167, & 176. Merlin. Pignatell. contr. 25, n. 8, lib. 2, per textum ad litteram in l. final. C. de usur. pupill.

Idcirco diuturnitatem litis affectatam super futi-  
libus istis negotio principali studiosè involuto,  
non nobis quidem, sed sibi imputare obstringi-  
tur Isabella de Meliis non immemor propriæ in-  
dolis litigandi, quæ in altera fideicommissi favo-  
re masculorum de agnatione, & familia de Me-  
liis litteraliter ordinati, & plures rebus judica-  
tis canonizati conscia imminenti succumbentiæ  
paulò post contra ipsam cum effectu subsequuta,  
illam per triginta ferè annos agitatam in filio  
reviviscere ad æternitatem studuit, cujus, &  
istius resolutio coram Amplissimo Senatu Me-  
diolani modo pendet.

## CAPUT XLIII.

## SUMMARIUM.

- 1 Legitima filiiis vivente patre non debetur. Fi-  
lius etiam emancipatis debetur numero 2. A  
die obitus patris debetur cum fructibus n. 3.  
In pecunia relinqui non potest n. 4. A Judice  
in pecunia potest assignari numero 5. Accepta-  
ta per filium in pecunia fructus à die interpel-  
lationis tantum debentur numero 6. A Patre  
in vita filii assignari potest n. 7. Ab Hebræis  
eorum filii ad fidem conversis assignanda est  
nu. 9. Si pater dilapidat bona filii assigna-  
tur num. 10. Patre bannito in ære, & perso-  
na filii assignatur num. 11. Assignatur filiiis  
patre adhuc vivente si statutum ita disponit  
numero 12. Post professionem patris in reli-  
gione filii assignatur numero 13.
- 8 Filius bannitus cum confiscatione bonorum legi-  
tima privari potest.

**P**atre adhuc vivente filiiis legitima nullate-  
nus debetur, & regulariter pater in vita  
ad eam assignandam compelli nequit. Jo. Carol.  
Antonell. de tempore legal. lib. 2, cap. 98, n. 40,  
Jo. Bapt. Salvatic. consil. 15, n. 35. Altograd. consil.  
41, n. 45, & 65, lib. 2. Antonin. de Marin. res-  
sol. 143, n. 1, lib. 1. Merlin. Pignatell. contro. 10,  
n. 1, cent. 2, Rot. apud Merlin. de legit. decis.  
55, n. 22, Hodiern. ad Surd. decis. 167, n. 2. Do-  
nad. de renunciat. cap. 6, n. 170, & cap. 13, n. 24,  
Rub. ad Rot. decis. 29, n. 24, part. 8, recent. Arias  
de Mes. var. resol. 27, n. 21, & 22, lib. 2, Rot.  
decis. 125, n. 5, part. 5, recent. & in Regien bo-  
norum 23, Januarii 1647, s. ex quibus repellitur,  
coram Cardinali Corrado, & pluribus exornat Au-  
ctor hic à n. 1, ad 9, ubi n. 4, ampliat etiam quoad  
emancipatos & sui Juris effectos. Propterea im-  
plicitè fateri videtur, quod emancipatis non se-  
cus ac aliis post obitum patris legitima & debeatur,  
ut ex professo contra plures alios juxta ve-  
riorem & magis receptam opinionem defendit  
Joan. Franc. And. controvers. 287, n. 3, & per to-  
tam, contr. 288, n. 33, per totam.

A die obitus parentum debetur legitima cum  
fructibus & absque eo quod interpellatio aliqua  
intercedat. Crivell. decis. 98, n. 1. Censal. ad Pe-  
regr. de fideicom. art. 36, n. 60, fol. 180, in fine.  
Thomat. decis. Macerat. 87, n. 8. Joan. Franc.  
Andr. contr. 315, n. 3, & n. 4, ubi ampliat quoties  
loco bonorum in pecunia relinquatur, Fontanell.

decis. 91, n. 15, & decis. 92, n. 6. & decis. 572, n.  
10. Merlin. Pignatell. contro. 10, n. 23, cent. 2.  
Joan. Franc. Andreol. contro. 19, n. 19. Donad.  
de renun. cap. 6, ex n. 142, Rot. coram Cardinali  
Othob. decis. 81, n. 9. Rot. in Romana fideicom-  
missi de Cyniciis 15. Maii 1651. s. pariter Peutin-  
gero impressa apud Censal. ad Peregr. de fideicom.  
decis. 36, nu. 13, & decis. 459, num. 10, part. 9,  
tom. 2, recent. & in Perusina legati 21, Maii 1655,  
in princip. Zarate.

Et quamvis legitima relinqui non possit in  
pecunia, & Fachin. contr. Juris 33, lib. 4. Merlin.  
de legit. lib. 5, tit. 3, quæst. 11, n. 45. Fontanell.  
dec. 572, n. 5. Thomat. decis. Macerat. 40, n. 15,  
Rot. apud Censal. ad Peregr. de fideicom. decis.  
36, n. 13, & apud Merlin. de legit. decis. 55,  
n. 21, Fufar. consil. 158, n. 1, & 2, Justa autem  
subsistente causa Judex & cujus arbitrio istud re-  
mittitur legitimam in pecunia filio assignare poterit.  
Honded. conf. 66, n. 22, lib. 2. Menoch. de  
arbitr. cas. 163, n. 30. Rot. decis. 753, n. 7, part.  
1, divers. & coram Merlin. decis. 866, n. 6. Merlin.  
de legat. lib. 5, tit. 3, quæst. 11, n. 18. Staiban.  
jun. de interef. tit. 2, quæst. unic. nu. 16, fol. 115.

Si tamen filius acquiescat legato in pecunia  
sibi facta pro legitima & oritur quæstio, an illam  
cum fructibus consequi possit, & ex magis rece-  
pta opinione, ita demùm fructus pro legitima in  
quantitate relicta debentur, si præcesserit inter-  
pellatio, seu petitio, & ab illa die, non autem  
mortis parentum. Crivell. decis. 98, n. 2. Fonta-  
nell. decis. 62, n. 12. Gratian. discept. 688, n. 10.  
Jo. Franc. Andr. contr. 315, n. 2, 5, 6, & per to-  
tam. Ubi insuper requirit probationem interesse  
& n. 14, ubi quod si hæres consumpsit pecunias,  
quæ in legitimam cedere debebant, tunc teneatur  
ad interesse à die obitus Staiban. de interef. lib. 2,  
tit. 1, quæst. unic. n. 45, & 46, ubi quod pro legiti-  
ma debeatur interesse à die mortis si pecunia re-  
periatur penes hæredem, secus verò si penes ter-  
tium, quia fructus non nisi à die petitionis de-  
bentur quod repetit tit. 2, quæst. unic. à n. 8. ad  
25, fol. 115, optimè distinguit Leotard. de usur.  
quæst. 18, n. 20, & 21, Thomat. decis. Macerat.  
87, n. 20. Rot. coram Eminentiissimo Othobon. de-  
cis. 12, n. 3, & decis. 81, à n. 11, ad 20, & in Pe-  
rusina legati 21, Maii 1655, in princ. & s. præte-  
rea Zarata, ubi tamen, quando pecunia loco sta-  
bilibium assignatur.

In arbitrio tamen patris residet in vita filiiis  
legitimam assignare, & ut post alios dixi alleg. 46,  
n. 1, lib. 3, Mart. de success. legal. part. 4, quæst. 21,  
art. 10, n. 36, & 37, Joan. Bapt. Salvatic. dicto  
conf. 15, n. 34. Merlin. Pignatell. contro. 10, n.  
6, cent. 2. Fontanell. decis. 571. cum adductis  
per Auctor. hic n. 18, ubi insuper dispungit, nū ta-  
lis assignatio legitimæ invito filio fieri possit, ubi  
n. 13, inquit an pater facta hujusmodi assigna-  
tione valeat illam revocare, & concludit affirma-  
tivè Joan. Carol. Antonell. de tempore legal. lib.  
2, c. 98, n. 39, ubi assignatio legitimæ filio exi-  
stenti sub patria potestate facta sit simpliciter sine  
juramento revocari possit, secus sit cum juramen-  
to, aut fiat emancipato, Hodiern. ad Surd. decis.  
167, n. 3, & n. 4, ubi quod auctis facultatibus pa-  
tris post assignationem teneatur ad ratam pro  
supplemento etiam si adesset pactum, & contr.  
28, n. 39, 40, & 41, ubi quod tali casu pater pos-  
sit cogere filium ad faciendam refutationem de  
futura successione, Fontanell. decis. 571. n. 22,  
ubi quod si bona patris post assignationem legiti-  
mæ diminuantur, legitima reduci debeat ad taxam  
de Jure limitatam latè Joan. Bapt. Salvatic. dicto  
consil. 15, n. 36, & seq. ubi quod assignatio hujus-  
modi

## CAPUT XLIV.

## SUMMARIUM.

- 1 Pater habet usumfructum in bonis filiorum: In  
adventitiis filiorum antiquitus habebat proprie-  
tatem n. 2. In dote usumfructum non habet n.  
3. Habens usumfructum habet quoque admi-  
nistrationem filii n. 4. In quibus non habet usum-  
fructum, nec administrationem consequitur n. 5.  
In feudilibus filiorum non habet usumfructum,  
nec administrationem nu. 6. In bonis filii Cle-  
rici non habet usumfructum, numero 7. Non  
habet usumfructum quando simul cum filiis  
in viriles successit numero 8. Majorem auctori-  
tatem habet in bonis filiorum, quam habeant  
cæteri administratores nu. 9. Bona filii aliena-  
re non potest n. 10. Fallit ex causa alim-norum  
n. 11. Super adventitiis transigere potest n. 12.  
De administratis rationem reddere non tenetur  
n. 14. Fallit quoad filium emancipatum nu. 15.  
Ante litem contestatam potest pro filio procura-  
torem constituere n. 16.
- 13 Adventitia per patrem alienata vivo patre filius  
non revocat.

**I**nter effectus patriæ potestatis connumeratur ut  
pater in bonis & filii usumfructum consequatur,  
Spad. conf. 347, numero 2, lib. 3, Galvan. de usu-  
fructu. cap. 20, sub n. 2, vers. Observandum igitur,  
fol. 215, Hodiern. ad l. hac edict. quæst. 3, n. 1. Mer-  
lin. dec. 168, n. 16. Ripol. var. resol. cap. 14, n. 442,  
& cap. 13, n. 198, Thomas. de Tut. & Curat. titul.  
9, n. 173, Mart. Medic. ad decis. Sen. n. examinat.  
14, nu. 21, Michalor. de duobus fratribus part. 1,  
c. 3, n. 5, & seq. Andr. Censal. decis. Lucen. 44, nu.  
14, quem sanè usumfructum habet & pater in ad-  
ventitiis hodie, in quibus secundum jus antiquum  
propriatatem consequebatur, Merlin. dec. 126, n.  
38, cumque tunc in dote adventitia ante leges Co-  
dicis proprietatem non haberet, ideò nec hodie  
usumfructum prætere vult, dixi post alios  
alleg. 8, n. 1, lib. 2, Tondut. resol. civil. 63, n. 3, Zuc-  
char. dec. 17, n. 5, & seq. Thomas de Tut. & Curat.  
tit. 9, n. 319, Surd. consil. 116, n. 33, Uterius efficit  
patria potestas, ut pater habens usumfructum &  
simul & administrationem bonorum filii à lege  
obtainat ad tradita per Auctorem hic à n. 1, ad 5,  
Hodiern. ad l. hac edict. q. 3, n. 1, & per totam, &  
ad Surd. dec. 179, n. 12. Michalor. de duob. fratr.  
part. 1, cap. 3, n. 45. Salgad. in Labyrinth. cred. part.  
1, cap. 27, n. 19, Thomas de Tut. & Curat. tit. 6,  
n. 173, Tondut. resol. civil. 192, n. 1, & seq. part.  
2, Capyc. Galeott. contr. 41, n. 3, & seq. lib. 2, ubi  
pater, si velit, sit administrator bonorum filii, in  
quibus non habet usumfructum Spad. consil. 244,  
n. 5, ubi quod non competat patri administratio si  
non competit ususfructus lib. 2, & conf. 347, n. 1,  
ubi quod ex dissolutione patriæ potestatis usus-  
fructus patri jam quæsitus non tollatur: & n. 3,  
ubi quod pater succedat uxori in usufructu pro  
virili cum filii lib. 3, Burat. dec. 120, nu. 28, ubi  
quod pater non habet usumfructum in bonis, in  
quibus filii habent consortium; & decis. 207, nu-  
mero 10.

Sed quicquid dicant aliqui ex præcatis Do-  
ctoribus magis tutum videtur, quod pater, \* in  
illis, in quibus non fruatur usufructu, nec admi-  
nistrationem

modi sit revocabilis, vel saltem quod filius age-  
re possit ad supplementum, non obitante pacto de  
renunciacione cum juramento. In tantum quod ob  
revocabilitatem assignationis legitimæ illa in con-  
fiscacione bonorum filii non veniret. Hodiern. ad  
Surd. dec. 167, n. 3, circa quod videatur hic n. 12,  
Merlin. de legit. lib. 3, tit. 1, q. 33, n. 6, & videan-  
tur tradita hic n. 19, Merlin. Pignat. contr. 10, n. 7,  
centur. 2, ubi quod accedente juramento efficiatur  
assignatio legitimæ irrevocabilis.

Filius in persona bannitus cum confiscacione bo-  
norum exhæredari, & legitima & privari potest,  
Merlin. de legit. lib. 4, tit. 1, quæst. 4, n. 8, & 9. Gra-  
tian. discept. forens. 983, n. 25, & seq. Surd. consil.  
570, n. 4. Hinc propterea si Testator non in sua  
agnatione prohibuerit detractionem legitimæ in  
casum delicti fiscus remanebit exclusus, ut conclu-  
dunt præcitati Doctores, & alii quos allegat, & Te-  
quitur Censal. dec. Lucen. 41, à n. 25, ad 33.

Nonnullas tamen præcedens conclusio limita-  
tiones admittit, & plures adfuit casus in quibus  
pater filiiis assignare legitimam tenetur. Et primò  
quidem parentes Hebræi & eorum filii ad fidem  
conversis legitimam assignare obstringuntur ex  
Constitutione Pauli III. 32, in ordine incipiente cu-  
pientes. Genuen. in prax. Eccles. quæst. 607, n. 1, &  
per totam. Marquard. de Hebræis part. 3, cap. 6, n.  
3, Ursill. de Afflic. dec. 151, n. 10, Jo. Carol. An-  
tonell. de tempor. legal. lib. 2, cap. 93, n. 54, Mer-  
lin. de legit. lib. 4, tit. 2, quæst. 15, n. 2. Ricciull.  
de neoph. cap. 9, n. 19, & 20.

Deinde dum pater vivens dilapidat ejus bona  
malè utendo ejus substantia filii legitimam assi-  
gnare & compellitur, vel saltem tantam portionem  
bonorum ex quibus se alere valeant, Burat. dec. 3,  
n. 9, ubi tamen, quod à patre dominium non ab-  
dicetur, sed tantum possessio, & administratio trans-  
lata in filium, Joan. Carol. Antonell. de tempor.  
legal. lib. 2, cap. 98, n. 14, & seq. Rub. ad Rot. dec.  
29, n. 53, & seq. part. 9, tom. 2, recent. & pluribus  
exornatur hic n. 20, usque ad finem: ubi quod et-  
iam possessores & fideicommissarii si dissipent  
bona possint ab eis avocari prævia assignacione  
alimentorum. Censal. ad Peregr. de fideicom. art.  
40, vers. Secundo inferas fol. 264.

Uterius ad legitimam filius agit, & consequi-  
tur si pater & in ære & persona banniat, latè  
Merlin. de legit. lib. 5, tit. 3, quæst. 4, n. 2, & seq. ubi  
n. 6, ampliat etiam, quod extet statutum mandans  
omnia bona confiscari, quoniam non comprehen-  
dit legitimam, nisi de ea expressam mentionem  
faciat, & post alios Jo. Carol. Antonell. de tempore  
legal. lib. 2, q. 98, n. 47, 48, & 49.

Insuper legitimam filiiis pater adhuc vivens as-  
signare tenetur, \* si ita statutum caveatur, ut post alios  
animadvertit Jo. Carol. Antonell. de tempore  
legal. lib. 2, cap. 98, n. 50.

Tandem si pater religionem ingrediatur illico ac  
emittit professionem filiiis legitima, & aut successio  
assignari debet; quod idem de matre cautum re-  
peritur ad tradita per Auctorem supra cap. 10, sub  
nu. 14, cum ibi notatis per nos s. statim atque, &  
hic repetitis per Auctorem n. 16, & 17, Rot. dec.  
116, n. 16, & part. 5, recent. Ferentill. ad Burat.  
dec. 461, num. 16, & 17, Jo. Carol. Antonell. de  
tempore legal. lib. 2, cap. 98, n. 51. Rot. in Triden-  
tina legitimæ 31, Januar. 1607. Ortembergo.



nistracionem habeat ex cumulatis per Cen. de cens. q. 109, sub n. 67, vers. Quod tamen: & latè profectur Antonin. de Marin. resol. 69, n. 7, & seq. lib. 1, Thomas de Tut. & Curat. tit. 9, n. 262, fol. 49. Rot. dec. 171, n. 5, & seq. part. 9, tom. 1, & dec. 447, n. 17, & 18, part. 9, tom. 2, recent. Hinc dicimus patrem, qui non habet usufructum in bonis feudalibus filiorum, nec habere administrationem, aut commoditatem fructuum ex rationibus post alios à nobis adductis alleg. 8, n. 8, & per totam lib. 2, Antonin. de Marin. resol. 69, n. 11, lib. 2, Michalor. de duob. frat. cap. 3, n. 32, part. 1, nec ab hac opinione recedendum videtur tamen contrarium sustinere contendat Hodiern. ad Surd. d. dec. 179, n. 12, in fine, & seq. & ad l. hac edict. quest. 3, n. 16, & seq. cujus opinio ex traditis per nos dict. alleg. 7, lib. 2, remanet confutata. Sicuti nec habet pater usufructum in bonis ejus filii clerici, Antonin. de Marin. resol. 68, per totum lib. 2, ubi tamen quod pater fructus ab eo perceptos compenset cum alimentis Clerico præstitis, Surd. conf. 259, n. 7, & 8, Graff. de effect. cleric. 19, n. 62, Altograd. conf. 50, n. 235, & seq. lib. 1, Valenzol. conf. 5, n. 31, & seq. lib. 1, Merlin. Pignat. contr. 99, ex nu. 35, ad 48, cent. 2, Merlin. dec. 20, n. 5, Salgad. in Labyrinth. cred. part. 1, cap. 27, n. 32, & 35, Tandem nec pater habet usufructum in bonis filiorum quando cum eis in viriles successione fecit, Gratian. dec. March. 76, n. 24, & 26, & discept. 781, n. 45, Altograd. conf. 48, n. 10, lib. 2, cum adductis per nos allegat. 125, n. 28, lib. 3, Bardellon. conf. 4, n. 38.

Majorem auctoritatem habet pater in bonis filiorum quam habeant ceteri administratores ad notata hic n. 5, dixi allegat. 69, nu. 11, lib. 3, Mart. Ventur. conf. 2, n. 29, Rot. dec. 86, n. 16, part. 6, & dec. 171, n. 38, part. 7, recent. Salgad. in Labyrinth. cred. part. 1, cap. 24, n. 10, & cap. 27, n. 21, Rot. in Anconitana pecuniaria 15, Maii 1564, §. nullitas in fine, Zarate.

Tantam tamen pater auctoritatem non habet; ut possit bona filii in quibus habet usufructum alienare. Thomas de Tut. & Curat. tit. 9, n. 263, fol. 46, Michalor. de duob. frat. part. 1, cap. 3, n. 41, Surd. conf. 451, n. 26, Thomas de Tut. & Curat. tit. 9, num. 174, in fine, Mangil. de evict. quest. 62, n. 1, quest. 155, n. 2, ubi diversum quoad Jus usufructus, Merlin. dec. 767, n. 6, Donad. de renunciat. cap. 2, n. 85, & profectur Auctor hic n. 6, 10, & 13, ubi quod ex causa alimentorum, & aut alia necessitate, seu iusta causa pater alienare possit bona filiorum adventitia, Mangil. de evict. quest. 35, n. 22, & quest. 62, n. 2, & seq. Thomas de Tut. & Curat. tit. 9, n. 277, fol. 49, Michalor. de duob. frat. part. 1, cap. 3, n. 47, & seq. Merlin. dec. 748, n. 4, & dec. 767, n. 9, & 10, Rot. dec. 238, n. 10, & 11, part. 8, & dec. 30, n. 32, & seq. part. 9, tom. 1, recent. Mangil. de evict. q. 62, n. 2, & seq. & quest. 72, n. 12, Ideo non ambigitur quin pater super adventitiis \* transigere valeat, ut subjungitur hic n. 16, Franc. dec. 665, n. 1, & 2, ubi indubitanter procedere inquit quando pater esset hæres filii Merlin. dec. 747, n. 7, Rot. dec. 86, n. 13, & 14, part. 6, recent. Thomas de Tut. & Curat. tit. 9, num. 180, & 182, fol. 41.

Adventitia per patrem alienata, filius vivo adhuc patre regulariter \* revocare nequit ad tradita hic per Auctorem n. 7, & seq. Peregr. dec. 95, n. 1, & dec. 102, n. 9, Michalor. de duobus fratibus part. 1, cap. 3, sub n. 43, vers. in contrarium tamen. Thomas de Tut. & Curat. tit. 9, n. 266, fol. 49, Rot.

dicta dec. 238, n. 11, part. 8, recent. & post Merlin. de pignor. & hypothec. dec. 36, n. 9, A Cost. de privileg. credit. reg. 1, ampliat. 10, n. 17, seq. & per totam. De administratis verò pater rationem reddere non tenetur, Mangil. de evict. quest. 35, n. 24, cum adductis per Thomas de Tut. & Curat. tit. 9, n. 192, fol. 42, & tit. 14, n. 118, fol. 1068, ubi limitat quando eslet Tutor, Munoz. de ratiocin. cap. 5, sub n. 28, vers. contrarium. Antonin. de Marin. resol. 69, n. 14, lib. 2, Tondut. resol. civil. cap. 102, n. 13, & per totum lib. 2, Mangil. de imput. quest. 44, n. 14, Michalor. de duob. frat. cap. 3, n. 58, part. 1, istud non procederet quoad filium emancipatum, & ubicumque in adventitiis usufructum pater non haberet. Mangil. de imputat. dicta quest. 44, num. 13, & de evict. dicta quest. 35, n. 23, Thomas de Tut. & Curat. tit. 9, n. 193, Ex eo autem quod, uti dicebamus, pater in adventitiis filii majorem auctoritatem habeat quam Tutor in bonis pupilli, inde provenit, quod ante litem contestatam possit pro filio constituere procuratorem ex cumulatis per Thomas de Tut. & Curat. tit. 9, sub n. 260, ampliat. 16, fol. 46, ratiocinatur Rota, in dict. Anconitana pecuniaria 15, Maii 1654, §. nullitas Zarate, & dec. 259, numero 2, part. 5, recent. Ripol. var. resol. 3, n. 66, & seq.

## CAPUT XLV.

## SUMMARIUM.

- Determinationes in fideicommissis culpa gravati contingentes cum detractionibus compensantur; Sin minus successori rescinduntur numero 3.
- Fideicommissarius tenetur erga hæredes ad necessarias meliorationes in fideicommissis factas; Hypothecam non habet in bonis gravati ob damna, & deteriorationes in fideicommissis numero 4. Tenetur ad taleas decursas tempore prædecessoris numero 5.
- Pupillus habet hypothecam pro administratione adversus bona Tutoris; Et numero 8.
- Tutor, & ejus hæredes pro reddenda ratione administrationis conveniuntur.

**D**eteriorationes in fideicommissis, & majoribus culpa hæredis contingentes si supersunt detractiones ineundæ in illas excomputantur l. in ratione 30, ubi Bart. & Castren. n. 2, & in l. quantitates 73, ff. ad leg. Falcid. Peregr. de fideicom. art. 4, n. 55, in fine, & n. 56, & artic. 10, num. 27, & 28, Mart. de succession. legal. part. 4, quest. 18, art. 9, n. 27, Mangil. de imput. quest. 136, nu. 79, & seq. Giovagn. consil. 2, n. 7, & seq. lib. 2, Caren. resol. 150, n. 18, & seq. Bardellon. conf. 6, n. 6, Menoch. de arbit. cas. 49, num. 2, & per totum, ubi quod gravatus teneatur etiam de levi quando dimidiam hæreditatis dumtaxat restituere obstringitur, Fufar. de substit. quest. 624, nu. 6, Merlin. de legit. lib. 2, tit. 2, quest. 6, n. 20, & quest. 7, n. 1, Rot. in Romana retentionis donatorum 20, Aprilis 1654, §. 2, quia coram Bichio.

Quemadmodum successores in majoratu, & fideicommissis tenentur erga hæredes prædecessoris ad meliorationes necessarias & sumptus pro manutentione ipsius fideicommissi, & majoratus, atque expensas in tuendis illorum juribus erogatas

## Observationum de Alimentis. Caput XLV.

erogatas. Molin. de primogen. Hispan. lib. 1, c. 26, num. 12, Antonin. de Maria. resol. 133, n. 12, A Cost. de privileg. credit. regul. 2, ampliat. 3, n. 37, & seq. Giurb. dec. 108, n. 21, dixi allegat. 93, n. 14, & allegat. 94, n. 2, lib. 2, ubi quod successor teneatur ad debita, ex causa feud., majoratus aut fideicommissi contracta etiam si allodialia, & libera penes hæredes in eis existant, & allegat. 90, n. 5, lib. 3, Cancr. var. resol. cap. 7, n. 83, part. 1, A Cost. de privileg. credit. regul. 2, ampliat. 3, n. 16, & 17, qui contrarium sentire videtur, sed loquitur in debitis non expressa causa contractis à prædecessore, Amat. resol. 3, num. 11, & 12, Peregr. de fideicom. art. 50, n. 8, & 11, Censal. ad eundem fol. 123, in fine & seq. Georg. Mund. consil. 12, n. 91, & seq. lib. 2, cum adductis per Salgad. in Labyrinth. credit. part. 3, cap. 9, n. 19, qui part. 3, c. 15, n. 34, & seq. ubi contrarium profectur in debitis alia occasione quam majoratus constat, & comprobatur Auctor hic num. 10. Sic è contra possessores majoratus qui illius bona dilapidaverunt, \* & determinaverunt successoribus damna refarcire tenentur, ut profectur Auctor hic à num. 1, ad 22, & animadvertit Larr. decif. 37, num. 26.

Pro quibus sanè damnis, & deteriorationibus non competere hypothecam \* adversus bona, & tertios possessores bonorum possessoris olim majoratus tuetur Nogeruel. allegat. 1, per totam, & ita per Senatam judicatum refert Salgad. in Labyrinth. credit. part. 2, cap. 24, nu. 7, à qua opinione circumscriptis dolo ac fraude non erit recedendum, cum præcipue Auctor hic à n. 20, usque ad finem præsuppositis dolo, ac fraude recessit, & pro hujus controversiæ dilucidiori declaratione recurandum erit ad notata per nos supra cap. 36, §. 5, vers. Fideicommissario.

Majoratus, fideicommissi, & primogenituræ successores teneri ad taleas, \* tributa, pensiones, decimas, & census, quamvis decursa tempore prædecessoris subscribit post alios hic n. 9. Nogeruel. allegat. 2, n. 108, & aliis congestis, A Cost. de privileg. credit. regul. 3, ampliat. 5, n. 64, & 65, ubi istud procedere inquit, etiam si possessor conventus sit Clericus.

Nec argumentum à Tutore, in cujus bona pupillo pro administratis tacita competit hypotheca pro reliquis ad alios administratores simpliciter subsistit, \* siquidem istud ex peculiari privilegio ipsius pupilli succedit iuxta textum in leg. pro officio 20, C. de administratione Tutorum. Rota in Romana, seu Januæ. locorum Montium 17, Maii 1658, §. quia hoc Priolo, ubi præsupponebatur dolo administratio, & tamen excluderetur hypotheca ex eo, quod non detur, nisi in casibus à jure expressis usque adeo ut non tam ipse tutor, & ejus bona pro reliquatu \* ac redditione rationis: sed etiam ejus hæredes efficaciter conveniri possint lib. 1, §. hanc actionem etiam in heredem competere constat, ff. de tut. & ration. distrab. Caputaq. dec. 157, num. 2, part. 2, Viv. dec. 40, n. 10, Thomat. dec. Mæcerat. 27, n. 13, & dec. 63, n. 4, Thomas de Tut. & Curat. tit. 34, num. 126, ampliat. 80, fol. 1069, Cancr. var. resol. c. 7, n. 43, p. 1, Rot. coram Eminentiss. Ottob. dec. 200, n. 30, & coram Pen. dec. 626, n. 4, & in Romana redditionis 27, Junii 1650, in princ. vers. Ita eis defunctis, & §. quoniam Albergato, ubi ampliat etiam si à testatore fuerit remissa tutori rationis redditio, quia intelligitur de exacta, & scrupulosa, ne alias fraudibus via aperiatur.

Cæterum quod in bonis Tutorum, ac respectu Melius ad Castillum de Alimentis.

ve Curatorum \* pro reliquis tutelæ vel curæ pupillis, seu minoribus tacita competat hypotheca subjungit Auctor hic n. 28, & post alios exornat Rota in Tiburtina redditionis rationis 3, Junii 1647, §. quia cum Melio.

## CAPUT XLVI.

## SUMMARIUM.

- Indefinita in omni dispositione æquipollet universali; Fallit ut n. 2. Etiam in feudalibus æquipollet universali n. 3.

**U**niversali æquipollere indefinitam propositionem, seu dispositionem favore alimentorum hic concluditur, subjungendo istud non esse ex privilegio alimentorum cum procedat in omni actu, materia, & dispositione \* tam circa res, quam circa personas Spad. consil. 145, n. 4, & 5, ubi quod id maxime procedat in materia favorabili & consil. 163, n. 2, ubi id præcipue locum habere in indefinita negativè concepta lib. 1, & consil. 84, n. 4, & consil. 296, n. 10, in fine, & n. 11, lib. 3, Barthol. Silvat. consil. 48, n. 14, Georg. Mund. conf. 4, n. 7, & conf. 14, n. 65, & 86, lib. 1, & consil. 3, n. 43, lib. 2, Palm. conf. 82, n. 21, Sperel. dec. 120, n. 37, Leoncill. dec. Ferrar. 87, nu. 12, ubi quod indefinita in privilegiis æquipollet universali, maxime in præjudicium concedentis, Merlin. dec. 338, n. 27, & 28, ubi restringit quando nedum æquitas, sed jus ipsum repugnat extensioni. Mart. Medic. ad dec. Senen. examinat. 11, n. 31, Cyriac. contr. 521, n. 10, & contr. 523, n. 12, Rot. coram Eminent. Ottob. dec. 15, n. 13, & in Meleuitana Antianitatis 20, Novembris 1648, §. complectitur Bichio, ubi quod indefinita universali in sententia æquipollet maxime quoad contenta in actis, si ad acta specificè relationem habeat.

In probationibus tamen, ac testium depositionibus \* res aliter se habet, ex quo indefinita tunc universali non æquipollet. Surd. dec. 163, nu. 10, Georg. Mund. consil. 5, n. 54, lib. 2, Spad. consil. 150, n. 2, lib. 2, Cyriac. contr. 407, n. 165, Rot. coram Ludovif. dec. 194, n. 2, & in annot. n. 25, ubi tamen illud limitare videtur juxta continentiam, & universalitatem articulorum, & coram Pen. decif. 423, n. 1, & coram Merlin. dec. 461, num. 17, & coram Buratt. dec. 175, n. 14, & in annot. n. 25, ubi quod hoc procedat etiam in instrumentis, & num. 26, ubi limitat quando testis se refert ad articulum per quem indefinita declaratur, & dec. 233, n. 6, & seq. & dec. 566, n. 8, & dec. 631, n. 12.

Respectu quoque feudalium idem quoque sibi locum vindicare \* ut nimirum in illis indefinita æquipollet universali. Albert. Brun. consil. 66, num. 17, Curt. jun. de feud. part. 1, quest. 4, n. 83, & 9, Schrad. de feud. part. 1, quest. 4, n. 14, & part. 10, sect. 8, sub num. 23, sed contrarium tuetur Rosental. de feud. conclus. 20, n. 3, cap. 1, & cumulati per eundem cap. 9, concl. 13, sub glos. 3, vers. Quod dispositio cridarum. Olasc. dec. 168, sub nu. 22, vers. Si ergo. Surd. dec. 188, num. 4, Peregr. de fideicommiss. art. 7, num. 55, ubi in fideicommissis idem regulariter procedere innuit.